

Alte Drucke

**F. IOAN. DVNS || SCOTI, || ORDINIS MINORVM, ||
THEOLOGORVM OMNIVM || EMINENTISSIMI, || Atque
Academiae subtilium Antesignani, || Quæstiones Tertij ...**

Duns Scotus, Johannes

Venetiis, 1580

DISTIN. XVIII.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-150218

A voluntas neq; potentia, sed tñ dicit inclinationem potētē ad recipiendum perfectionē, non ad agendum, & iō vt sic est imperfecta nisi sit sub illius perfectione, ad quam illa tendentia inclinat potentiam. vnde naturalis voluntas non tendit, sed est ipsa tendentia qua voluntas absolute tendit, & hic passiue ad recipiendum, sed est alia tendentia in eadem potentia, vt libere & actiue agat & tendat eliciendo actum, ita q̄ in vna potentia est duplex tendentia actiua & passiua. ¶ Tunc ad formam argumenti dico, q̄ voluntas naturalis secundum formale quod importat non est potebtia vel voluntas, sed inclinatio voluntatis & tendentia qua tendit in perfectionem.

B DE MERITO ETIAM CHRISTI PRÆTERTENDVM NON EST & cætera.

DISTIN. XVIII.

QVÆSTIO. VNICA.

Utrum Christus meruit in primo instanti sue conceptionis.



25. 1.

IRCA istam. 18. distinc. in qua magister agit de merito Christi quod processit ex eius voluntate quærentur duo. ¶ Primo vtrum Christus meruit in primo instanti sue conceptionis. ¶ Et arguit q̄ non, quia non potuit peccare. igitur nec mereri. antecedens patet ex dist. 12. vbi probatum est q̄ non potuit peccare, consequentia probat,

quia voluntas coniuncta perfectione finivltimo non meretur, aliter beati mererentur, vel si sic, eadē rōne posset peccare. sed voluntas Christi fuit perfectē coniuncta Deo p̄ fruitionem in primo instanti. ergo &c. ¶ Præterea, voluntas Christi semper fruebat. igitur nunq̄ meruit, consequentia probat, quia aut fruitio & meritum essent duo actus, aut vnus, non duo, quia actus fruitionis est actus adequatus potentia, quia voluntas creata fruit quantum pōt, sed vna & eadem potentia circa idē obiectū nō hēt actū adequatū vnū & per hunc aliū distinctū, quia si sequebatur contradictio. sed primum obiectū meriti est ipse Deus diligibilis p̄ se amore amicitie volendo sibi bonum, & similiter est obiectū fruitionis, igitur nō sunt duo actus, nec vnus, q̄ de d rōne actus meritorij est q̄ contingenter eliciat, ita q̄ voluntas vt prius natura illo actu possit cōtingenter elicere actū vel nō elicere pro illo nūc, pro quo elicit, sed actus beatificus non elicitur contingenter, sed necessario, aliter non esset beatificus, cū igitur habeant oppositas conditiones. scilicet contingentes & necessarias, non possunt esse idem actus. ¶ Præterea præmiū excedit meritū sicut finis illud quod est ad finem, quia præmiū est finis per se, eius ad quem ordinatur, & finis ipse est melior eo quod est ad finem, nō, sed nullus actus Christi secundum naturam creatā pōt esse finis perfectior illo quo voluntas Christi tendit in Deū & fruit eo, igitur talis actus non pōt esse meritorium, quia tunc oporteret dare alium actū voluntatis creatæ meliorem, qui esset præmiū & finis illius

Abus quod non potest esse, nec idem est melius seipso.

¶ Præterea, q̄ non meruerit in primo instanti arguit specia- liter, quia omne quod est, quan- do est, necesse est esse, quia si il- lud quod est esset contingens, hoc non est pro illo instanti in quo est, sed pro illo in quo cau- se præcedens posset illud con- tingenter causare, sed voluntas si meruerit in primo instati nõ præcessit actum, & ita si actus il- le non potuit non poni, non po- tuit non fuisse igitur fuit sim- pliciter necessarius, & per con- sequens non meritorius.

¶ Præterea, duæ mutatio- nes quarum terminus vnus præ- cedit terminũ alterius, nõ sunt simul duratione, sed creatio vo- luntatis in esse primo, & motio voluntatis ad proprium actum sunt duæ tales mutationes, quia terminus creationis, vt esse vo- luntatis, præsupponitur termi- no alterius. si ipsi actui. igit̄ non potuit mereri in primo instati.

¶ Præterea, si sic, igitur Angelus potuit peccare in primo instan- ti, probatio consequentia, quia
1. in phi. 4. phy. eadem est mensu- ra oppositorum. Vnde sicut sim- pliciter necessaria sũt supra tps, ita & impossibilia, igit̄ meritum & demeritũ eadẽ mensura me- surantur, & ita si Christus in pri- mo instanti potuit mereri, & Angelus in primo instanti po- tuit peccare, consequens est fal- sum, quia tunc peccatũ Angeli redundaret in Deũ, quia omne coequũ effectũ est causaliter a cã talis effectus. Exemplum de igne & eius splendore, quia vter- que est a gñante igne. ¶ Hoc et̄ probat Anf. de casu diaboli. ca. 12. q̄ Angelus non potuit habe-

re a se primum velle, quia si eli- cit primam volitionem a se, aut hoc est volendo aut non volen- do. Non potest dici q̄ non vo- lendo, quia tunc nihĩ elicit. igit̄ volendo, & tunc ante primũ velle erit aliud velle, igitur pri- mum velle habet a Deo, & ita non posset peccare nisi pecca- tum redundaret in Deum, sicut in causam eius.

¶ Præterea. in primo instanti fuit in Angelo motus naturalis rectissimus voluntatis, qui natu- raliter præcedit velle liberũ, cu- iusmodi est peccare, igitur non potuit simul in primo instanti eẽ motus naturalis rectissimus volũtatis & velle deordinatum, quia tunc simul essent *cõtradi- a. l. effe- ctoria. f. q̄ esset rectissimus, & contradi- ctio. nō rectissimus. ¶ Cõtra. Ad actũ meritorĩũ sufficiũt potẽtia, qua pōt mereri, & dispositio gratui- D ta in potentia. f. grã, pñtia obie- cti apprehensi, & vsus potentia circa illud. oĩa illa fuerunt in Christo in primo instanti, patet de potẽtia gratuita, & pñtia ob- iecti, de vsu potẽtia. f. q̄ potue- rit vti grã eliciendo actum. pro- batur, quia s̄m Augu. 6. de tri. c. 1. splendor genitus ab igne esset æternus, si ignis esset æternus. Dicit genitus ab igne, igit̄ res, & operatio sua possunt esse si- mul pro quo cunque instanti.

I N I S T A Q V Æ S T I O N E primo videndum est, quomodo Christus meruit. difficile ta- men videtur saluare quod me- ruerit, cum fuerit beatus, & perfectus coniunctus fini se- cundum voluntatem in primo instanti, vnde si in primo vel ali- quo alio potuerit mereri, vñ q̄ alij beati mereantur, vel mereri possint in infinitũ, & ita eorũ p-

A mium nunq̄ perfecte h̄r. ¶ Vidē dum tū est primo quid sit meritum. Et dico q̄ meritum est aliquid acceptatum, vel acceptandum in alio, pro quo ab acceptante est aliquid retribuendum illi, in quo est quasi debitor illi pro illo merito, vel alteri, pro quo meruit, non enim meritum dicit semper actū, qui sit in potestate eius, cui sit retributio, sed hoc solum est, q̄ ali qd meret sibi ipsi, q̄ aut vnus meret alteri p̄ orones, vel alias affectiones acceptas Deo, quāuis illa sint in potestate merentis, nō tū sunt in potestate eius, pro quo facit, & tunc meritum formaliter dicit ordinem alicuius actus laudabilis in merente ad acceptantem, quod acceptans acceptat, vt retribuat ei p̄ quo acceptatur, & ex hoc sequitur, q̄ vnus potest mereri pro alio, quia tū in Deo nihil est acceptandum non acceptatū, iō in descriptione meriti, nō oportet addere acceptandum in ordine ad Deum. Deus igitur acceptans bonum factum, vel bonum velle alicuius tribuit sibi, si indigeat. si tamen sit ita perfectus, q̄ non indigeat perfectione, sicut Christus, retribuit alijs pro quibus meretur. ¶ Tūc ad propositum loquēdo de merito, prout consistit in bono vel le voluntatis, dico q̄ Christus meruit bonis tali velle, & dico q̄ radix omnis meriti consistit proprie loquendo de merito in affectione iustitiæ voluntatis, nō autem in affectione commodi, nec in affectione iustitiæ, vt ordinat affectionem cōmodi, hoc pater, quia primum obiectum circa qd aliquis meret primo, est ipse Deus, secundum q̄ affectione iustitiæ vult Deo bonū, vt esse, & bene esse. scilicet iustum, sapientem &c. sed voluntas affectione commodi respicit propriū bonū, & aliquā inordinate, nisi regulet, & ordinet affectione iustitiæ, ideo meritum non consistit primo in affectione iustitiæ, vt moderatur, & ordinat affectionem cōmodi circa propriū bonum, sed sicut primum demeritum Angelorum fuit inordinatus motus, & desiderium beatitudinis circa Deū, ita meritum est ordinatus motus circa Deum, volendo sibi bonum, & post volendo cum debitis circumstantijs sibi coniungi ipsum in se, & in alijs, & iō omne amatum affectione commodi, si non ordinetur & moderetur affectione iustitiæ, est demeritum, quia est immoderatus appetitus proprii boni, vel indifferens, si posset esse indifferens, de quo non mō, forte. n. pōt fm q̄ puenit affectionem iustitiæ. iō in affectione commodi, nisi referatur ad vltimum finem affectione iustitiæ non consistit meritū. Sed alij beati a Christo quia fm totam voluntatem coniuncti sunt vltimo fini. scilicet Deo affectione iustitiæ perfectissime, & h̄nt summū cōmodū cōiunctū sibi, qd appetunt affectione cōmodi. iō cōiunctionē summi boni. ideo non p̄nt h̄re actum oppositum affectioni commodi, vt libere velint aliquid, quod non sit eis commodum. nullum. n. est obiectum in patria, quod possint velle, quod sit eis incommodū. quod affectione commodi nolunt. Sed Christus secundū aliquid fuit viator, & passibilis fm partem sensitiuam, & portionē inferiorē voluntatis, iō multa habuit

a. l. alijs.

q̄d i. a.

q̄d i. a.

Bar. id est
pro se offe
rat.

A habuit obiecta pñtia sensibus, & portioni inferiori, circa qua potuit libere velle contra affectionem commodi, q̄ semp̄ est ad conueniens illi, cuius est. iō ieiunando, vigilando, orando, & multis alijs talibus potuit mereri, vel exercēdo talia exterius, vel volendo interius talia propter Deum. Tunc dico, quod licet Angeli habeant bonas operationes circa nos, vel alij beatitudines circa nos, vel alij beatitudines, quia tamen illi actus sunt inclinati in beatitudine illorum, hoc est in ratione beatitudinis, & ex illius plenitudine & collatione obligantur nobis a Deo, potest dici quod non merentur, sed huiusmodi operationes Christi prædictæ non includuntur in sua beatitudine, ideo per illos actus meruit, q̄a quantum ad illos actus fuit viator, nō comprehensor, ita quod radicaliter includantur in sua beatitudine.

q̄. Alter pōt dici, si hoc nō placet. i. quod meruit tantum actibus partis sensitivæ, impletis a voluntate secundum primam op̄i supra, sed q̄ etiam patitur secundum partem intellectivam, tūc potest dici, quod quantum ad omnes actus portio inferioris, potuit mereri, de his dico qui respiciant ea, q̄ sunt ad finem. Sed quomodo? dico, q̄ & si portio superior fuit perfecte coniuncta Deo secundum actum beatificum, fuit tamen eadem voluntas passibilis secundum portionem inferiorem, & vt sic fuit viatrix, & potuit mereri. Cōtra, illud quod est in termino simpliciter, non potuit mereri, sed portio inferior fuit simpliciter in termino, quia non potuit habere actum

inordinatum circa aliquid ad finem. igitur fuit quietata & beatificata quantum potuit, quia non est ipsius partis inferioris habere actum circa obiectum æternum immediate, sed circa alia in relatione ad illud obiectum. Præterea, sicut in nobis meritum respicit partem intellectivam, sic in Christo. sed in nobis non est meritum in portione inferiori, nisi fuerit in superiori complete, sicut nec peccatum igitur nec Christus potuit mereri secundum portionem inferiorem tantum, nisi mereretur secundum superiorem. Ad primum horum, cum dicitur, q̄ portio inferior fuit simpliciter in termino, & ideo non potuit mereri. Dico q̄ portio inferior in Christo dī esse in termino ex hoc, q̄ portio superior coniungebatur Deo perfecte. s. q̄ affectione iustitiæ non potuit velle, nisi ordinatum & iustum, & ideo non potuit peccare, sed tñ non fuit secundum partem inferiorem ex coniunctione cum Deo in termino. sic q̄ habuit impassibilitatem, nec habuit omne, quod habere potuit secundum affectionem commodi, quia ex miraculo non habuit summum bonum sibi coniunctum, quantum potuit coniungi, sicut est in simpliciter beatitudine, & in Christo, modo de facto in patria, quia igitur sic fuit, potuit aliquid accidere sibi cōtra affectionem commodi, qd̄ tñ accipit, & ita mereri potuit, & præter hoc etiam portio inferior meruit elicendo operationem circa creatura, vt diligendo matrem, & alios bonos in Deū, & malos propter Deum. ideo quando dicitur, quod secundū

por-

A portionem inferiorem fuit in termino, si intelligitur omni modo in termino, falsum est.

¶ Ad secundum, cum dicitur qd meritum complete non est, nisi in superiori portione. Dico pp argumētum, qd Christus meruit secundum portionem superiorem, & secundum oēm actū eius. hoc tñ est difficile tenere propter alios beatos, qui tunc vñr posse mereri in infinitū, probo autem illud, quia oīs actus acceptatus a Deo, tanq̃ actus bonus & laudabilis, pro quo Deus velit aliquid retribuere illi, cuius actum acceptat, vel alteri, pro quo fit, est meritorius. huiusmodi est oīs actus Christi secundum naturam humanam. etiam actus beatificus, quo secundum portionem superio-

Brem fruitur Deo: quia persona illa non secundum omnē conditionem sui fuit simpliciter in termino. ideo potuit Deus oēm actum creatum illius personæ acceptare, tanquam dignū aliquo bono, pro eo retribuendo illi personæ, si indignislet, vel alteri. s. nobis pro quib. meruit. & hoc tenendo, oportet dicere qd si actus beatificus secundum portionem superiorem Christi fuit meritorius, qd non includit contradictionem actum beatificum Michaelis, vel alterius beati posse acceptari, tanq̃ aliquid dignum retributione, quod retributum daretur propter meritum, puta Michaeli daretur aliquid propter actum meritorium custodiæ, quam exercet circa me. contradictio dico nō esset, tamen de facto Deus non sic acceptat actum illum, quia persona illa est totaliter extrastatum merendi secundum to-

tum subiectum, non sic Christus, sed secundum aliquid fuit in statu viatoris, vt propter hoc oīs actus eius creatus, acceptus erat, & meritorius illis, pro quibus offerebatur Deo. ¶ Sed quō hoc, ex quo fuit extra viam secundum portionem superiorem, non vñ, qd secundum illam posset mereri plus, quam alius beatus in patria. ¶ Respondeo. sicut meritum non respicit nec cōsistit tñ in ipso actu elicito, sed in conditionibus aliquo modo personę, siue suppositi elicientis. sic acceptatio diuina non solum respicit actum, sed condiciones accidentales suppositi elicientis. ¶ Exemplum; aliquis offendit me. veniunt duo, & rogant pro offensa veniam tertij offendentis. pono qd vterque æque gratiose, & efficaciter roget. ro. Dgatio est causa, quare dimitto offensam, formaliter loquendo, tamen aliqua accidentalis conditio potest esse in alterius illorum supposito, propter quam citius, & magis dimittam offensam propter rogationem vnius, quam alterius, puta qd sit amicus, vel aliquid tale, & tñ supplicatio est causa præcipua, quare offensam dimitto. Ita in proposito, qd persona sit secundū aliquid extra simpliciter terminū, est aliquo modo causa quare eius actus etiam beatificus est meritorius, & non alterius, s. Angeli, vel animæ Petri, & maxime cum talia dependant ex liberalitate diuina acceptante vnum actum & non alium, non tamen est contradictio vtrumque acceptari, tanquam meritorium secundū viam istam, quod videtur difficile. ¶ Sed tunc ultra posset esse dubium, an fructio respectu verbi

A verbi in se, sit actus meritorius, vel actus ille ut tendit in obiecta alia relucet in verbo, scilicet dilexit matrem visam in verbo, & alios electos ita visos propter Deum & in Deum, & alios inimicos propter Deum. Et posset dici, quod utroque modo, & maxime ut actus tendit in alia obiecta a Deo visa, & dilecta ibi. ¶ Habemus igitur, quod tripliciter potuit mereri, eligatur via magis grata.

EST IGITUR videndum an poterit mereri in primo instanti, & posset dici quod sic, nec video oppositum, quia omne habens actum primum perfectum, & obiectum praesens in ratione obiecti, si non impeditur, & non sit actus eius secundus successivus, sed permanens potest agere pro quocunque instanti, si omnia ista concurrant, quia non plura requiruntur ad actum, & haec omnia fuerunt in Christo in primo instanti conceptionis, scilicet potentia, perfecta gratia, obiectum praesens per intellectum, scilicet tota trinitas, cui poterat velle bonum propter se, & non impediebatur. & actus volendi est permanens, ergo. Contra rationem hanc in isto, ut magis declaretur, & probetur, quod adhuc omnibus istis politis, non esset actus meritorius, quia ad talem actum requiritur deliberatio & electio, electio autem praesupponit syllogismum practicum, & discursum, & discursus moram, est enim actus meritorius electivus, ergo. ¶ Respondetur. huiusmodi discursus & syllogizatio practica est ad hoc, ut habeatur actus electivus voluntatis, & facto iudicio per cognitionem practicam, volun-

tas eligit, & quando voluntas eligit, ratio practica non discurret, quia facta conclusione practica sententiat de eligendo. si ergo sententia ultimatam possit haberi sine discursu praecedente, ita perfecte poterit voluntas libere eligere in instanti, sicut praecedere illo discursu, sed perfectus in cognoscendo non discurret. sicut artifex in citharizando perfectus, non discurret in percutiendo chordas, nec syllogizat, alias videretur imperfectus. hoc habetur. 3.^a Eth. 4. l. Philosoph. cap. 10. cum igitur Christus a principio suae conceptionis fuerit perfectus in cognitione omnium, saltem abstractivum, potuit sine tali syllogizatione eligere, 2. Thysse. quia electio de se est actus simplex. 1. c. 86.

HOC VISO videndum est quid meruit, & dico quod Deus non meruit sibi fruitionem, quia si sic, aut operatione elicitam circa ea, quae sunt ad finem, aut circa ipsum finem. Non primo modo, quia primum actum habuit circa finem, fruendo prius scilicet quam aliquem actum haberet circa aliquid, quod est ad finem, & si meritum fuit circa aliquod, vel aliqua obiecta visa in verbo, ut dictum est secundum viam praecedentem, vel circa matrem, vel circa electos multos, volendo eis beatitudinem, naturaliter tamen praecessit operatio circa ipsum finem, scilicet trinitatem, vel essentiam in tribus. ¶ Nec actu fruitionis, quo fruebatur trinitate, meruit eandem fruitionem, quia hoc non esset aliud dicere, quam meruit fruitionem, quia habuit fruitionem. Vel meruit, quia Deus dedit

Vide Th.
3. par. 9.
19. art. 3.
& 4.

Adit actum, quod nihil est dicere, quia nullus actus est meritorius sui ipsius, licet possit esse alteri. Igitur Deus liberaliter sine aliquo merito præcedente coniunxit voluntatem istam fruitionem ultimo fini, & ita non meruit sibi fruitionem. Vnde Aug. 13. de trini. c. 19. dicit quod summa gratia est, quod homo in unitate personæ est Deo coniunctus, & quāvis loquatur de gratia unionis. i. gratuita Dei voluntate veniente, tamen ad unionem istam concomitanter sequitur gratia fruitionis de facto. ideo fuit summa gratia sine meritis præcedentibus. ¶ Sed contra, Gloriosius est habere præmium pro merito, quam sine merito, igitur ponendum est in Christo. ¶ Præterea, prioritas naturæ videtur succedere ad meritum, cum igitur inter voluntatem & actum elicitem possit esse prioritas naturæ, videtur quod hoc sufficeret ad merendum fruitionem, vel idem actus, ut prior natura seipso potest esse meritorius respectu sui ipsius. ¶ Ad primum istorum, cum dicitur quod gloriosius est &c. Dico, quod verum est de premio, quod potest haberi ex meritis, sed hæc coniunctio animæ Christi cum Deo per actum fruitionis fuit tanta, & tam excellens, quod ad ipsam non potuit præcedere meritum. & nobilius est habere actum, ad quem non potest præcedere meritum ex liberalitate dantis, quam habere actum debiliorem cum multo merito præcedente. ¶ Et videtur hoc rationabile, quia sicut Deus creavit in esse naturam angelis, ad quam creandam non potuit cooperari causalitas causæ secundæ propter perfe-

ctionem talis naturæ, ita in genere moris creavit Deus aliquem actum beatificum, ad quem non potest esse actus aliquis meritorius prior, & huiusmodi fuit actus beatificus animæ Christi. & hoc propter nobilitatem, & excellentiam actus, & modi habendi actum, quia immediate antequam haberet aliquem actum circa ea quæ sunt ad finem. ¶ Alio modo dicitur, ponendo quod actus ille potuerit cadere sub merito, & si gloriosius fuisset habenti actum meruisse illum, quam non meruisse. non tamen simpliciter est gloriosius, quia decet est propter alios beatos & propter perfectionem illius status, quod illic inveniatur omnes gradus * principales in actibus beatificis, ut actualis beatitudo Christi sit maior beatitudine omnium creaturarum. Nam ibi sunt aliqui beati, qui nunquam fuerunt inimici actualiter peccato actuali, ut multi innocentes. Et multi alij qui aliquando fuerunt inimici, ut mortaliter peccantes, & postea penitentes. Est ibi etiam beata virgo mater Dei, quæ nunquam fuit inimica actualiter ratione peccati actualis, nec ratione * originalis, fuisset tamen nisi fuisset præservata. igitur decet cens fuit, quod esset beatitudo aliquius personæ sine omni merito præcedente. nec ideo anima Christi fuit ingloriosior, quia si actus potuisset cadere sub merito, anima illa potuisset mereri illum, nisi fuisset præservata actu beatifico. Et sic præveniri ex liberalitate dantis, est maioris nobilitatis, sicut si mihi daretur illud, quod habeo in fine totius laboris meritorij * tunc, & illud magis est ad decorum status beato-

Vide glo.
ubi supra.

a. l. ratio-
nale.

A torum, vt dictum est. ¶ Ad secundum dico, q̄ prioritas naturalis precedentis actus non sufficit, quia non est meritum, nisi in aliquo actu vel passione accepta, sed voluntas vt prior naturalis, non habet aliquem actum, vel passionem acceptam a voluntate, ratione cuius potuit mereri actum beatificum, quia actus ille præcessit omne meritum, nec idem actus est meritum & premium, quia alterum excedit vt premium, tum etiam, quia hoc esset dicere, q̄ meruit, q̄ Deus dedit meritum, licet actus in Christo possit esse premium sibi, & cum hoc meritorium alijs, vt dictum est. ¶ Præterea, talis distinctio non est, nisi rationis considerationis actum illum diuersimode, quæ non sufficit ad actum meriti, & premij. ¶ Sed nunquid meruit sibi impassibilitatem animæ & corporis? Magister dicit in littera q̄ sic. ¶ Contra, illud qd inuisisset si non fuisset per miraculum impeditum, quantum est ex ratione sui ante omnem actum causatum illius personæ non cadit sub merito illius personæ, sed gloria & impassibilitas corporis & animæ inuisissent in primo instanti vnionis, nisi per miraculum fuissent * prohibita. ergo. ¶ Potest dici, pie sentiendo cum magistro, & pie glorando, q̄ quamuis non meruerit directam impassibilitatem vtriusque, ¶ meruerit tamen amotionem impediendi, propter quod non inuenerunt statim. i. de iustione miraculi prohibentis redundantiam gloriæ in portionem inferiorem, & in corpus. De alijs q̄ possent hic tangi, scilicet quid meritis, & quibus, dicitur distinctione sequenti.

AD PRIMVM principalem, cū dicitur q̄ nō potuit mereri simpliciter, * sic nec peccare. Nego consequentiam in Christo. Nam licet perfecta coniunctio fini perfecte quietans secundum omnem modum ipsum coniunctum. i. secundum affectionem iustitiæ & secundum affectionem commodi (secundum q̄ affectione iustitiæ vult primo bonum Deo, & secundario sibi, & affectione commodi vult semper sibi bonum, quomodo alij sancti a Christo coniunguntur Deo, quia sunt totaliter extraviam, & in termino) prohibeat sic mereri, sicut & peccare. quia tamen affectio iustitiæ potest separari ab affectione commodi, vt si aliquis affectione iustitiæ summe coniungatur fini, ita q̄ nullo modo possit iniuste velle, vel peccare, tamen non coniungatur affectione commodi, vt habeat summum bonum commodum summe sibi coniunctum, & in tantum possit pati. primo portio superior in Christo coniungitur Deo per gloriam quietantem illam portionem, & per affectionem iustitiæ totus homo, vt peccare non posset, potuit tamen pati, quia aliquid accidere potuit contra affectionem commodi, & illud potuit Christus ordinate velle, & acceptare, & ita mereri. & sic patet, q̄ non est simile de Christo, & beatis. ¶ Ad secundum, tenendo q̄ meruit secundum portionem inferiorem. Dico q̄ actus beatificus & meritorius sunt duo actus, quia vnus respiciebat æternum, & alius temporale in ordine ad finem vltimum. nec oportet q̄ vniuersaliter omnis actus meritorius sit primo, & immediate

A in executione circa Deum, sed sufficit quod intentione. unde in executione potest aliquid immediatus diligere, & finaliter in Deum reduci. ¶ Hoc dicendo, argumentum solutum est. Sed si teneatur quod meruit secundum portionem superiorem. tunc potest dici, quod fuit circa obiecta relucientia in verbo, sicut diligendo electos, & volendo eis bonum.

*Resolutio
notabilis.*

¶ Et quando dicis, quod hoc non fit uno actu, verum est, sed duobus.

¶ Et cum probas, quod non quia portio superior habet actum adequatum beatificum respectu obiecti beatifici, & non interruptum. igitur non potest simul habere alium actum circa alia relucientia in verbo. Nego consequentiam, quia licet actus ille fuerit adequatus intensiue, ita ut perfectiorem habere non posset, non

B fuit tamen adequatus extensiue, quin simul alium perfectiorem habere posset. alioquin nullus beatus posset cognoscere res in proprio genere, quia eadem potentia cognoscit Deum visione beata, & alia in genere proprio.

Dist. 1. q.

3.

¶ Ad aliud responderetur in 2. li. ¶ Ad quartum argumentum. Dico tamen quod actus fuit contingens in primo instanti. Contingens enim nunquam est formaliter continens, nisi quando est. ideo contingens, quando est, contingenter est, non tamen loquor in sensu compositionis. Non enim omne ens quod est, est necessarium voluntas ergo in primo instanti prior natura suo actu, ita contingenter elicit actum suum, sicut si per diem exarsisset actus elicitum. Unde sicut entia antiquam sint, quedam sunt contingencia, & quedam necessaria, sic etiam quando sunt, quedam

sunt contingenter, & quedam necessario. Tamen ad formam argumenti alias, respondetur, quare. unde non est ratio quare contingencia sunt contingencia, quia eorum causa duratione precessit, sed quia causa quando causat contingenter causat. Tamen potest propositio distingui secundum compositionem, & diuisionem dicendo sic. Omne quod est, quando est necesse est esse, falsa est & diuisa. Vel sic. Omne quod est, quando est necesse est esse, vera est & composita. praterca, aliter est fallacia secundum quid, & simpliciter patet. ¶ Ad aliud cum dicitur, quando dux mutationes sunt ordinate secundum prius & posterius, & termini similiter, verum est si tempore, & tempore. & si natura & natura. Dico hic autem tantum est ordo naturarum inter mutationes, & talis est inter terminos. ¶ Ad aliud cum dicitur, quod si Christus potuit mereri in primo instanti, & angelus peccare. de consequente posset esse magna altercatio. Dico tamen pro nunc, quod potuit peccare in primo instanti, & libere, & voluntarie, ut voluntas est prior natura actu elicitu, quia habens * primo esse perfectum, & obiectum approximatum, & obiectum si non impeditur, & actus eius sit permanens, potest habere actum, omnia ista poterant esse in angelo in primo instanti, ut supra dictum est de merito Christi. & æque tenet de velle inordinato, sicut de ordinato. Et hoc est quod Augustinus dicit. 11. de ciui. c. 13. Qui sentiunt malum angelum peccasse a principio, hoc est quod semper fuerit sub peccato, non ex hoc cum Manicheis sentiunt ponentibus unum Deum

A Deum malum, & ita non Deus
 auctor illius mali, sic igitur fe-
 cundum tenētes, quod peccare
 potuit in primo instanti, dicere
 tur quod peccasset, non inquan-
 tum effectiue a Deo, sed vt est
 de nihilo aliās eius peccatum re-
 di daret in Deum. ¶ Etcum dicitur
 quod omnis effectus cognus
 causā secundā est a causā pri-
 ma, & sic peccatum angeli esset
 a Deo, sicut ignis est a Deo, ita
 & calere. ¶ Dico quod si propo-
 sitio sit vera, intelligendā est de
 positiuis, & non de priuatiuis,
 peccatum autem formaliter est
 priuatio boni, quod deberet in-
 esse actui elicto, quando elici-
 tur, & non inest. ¶ Aliter potest
 dici, quod propositio est falsa. s. q
 omne eorum causā secundē
 effectiue inest sibi a causā sua,
 quia non est contradictio de
 opposito. Vnde si Deus crearet,
 vel agens creatum generaret so-
 lam substantiam ignis, illa ha-
 beret in se causalitatem respec-
 tu quantitatis, & caloris. vnde
 in eodem instanti temporis,
 in quo esset secundum substan-
 tiam, esset quantus & calidus
 quamuis non in eodem instan-
 ti naturā, posito etiam, quod gene-
 rans ignem annihilaretur, ita quod
 nunquam esset nisi per vnum in-
 stans. Vnde posito, quod genera-
 retur calidus, quod non posset
 generare in se calorem alium in
 eodem instanti, hoc non esset ra-
 tione alicuius contradictionis,
 sed solum quia duo accidentia
 eiusdem rationis non possunt
 esse in eodem subiecto, quod
 tamen est falsum fundamen-
 tum.

¶ Præterea, non est verum vni-
 uersaliter, quod sicut generans
 dat substantiam rei, ita dat acci-

dentia causaliter immediate, C
 sed si verum sit, hoc nō est verū,
 nisi in generatione vniuersali. in
 proposito autē nihil valet. ideo
 potest substantia esse a Deo, &
 actus, maxime quod a deformi-
 tatem potest esse a voluntate
 ipsa. ¶ Ad * aliud Anselm. ipse vide
 tur fingere vnum angelum fa-
 ctum in affectione commodi,
 non in affectione iustitiæ, ita quod
 deficiat sibi esse primum affec-
 tionis iustitiæ, & tunc dicit quod
 non potest habere primum vel-
 le de se, vocando primum velle
 esse primum affectionis iustitiæ.
 & quid mirum? nec talis ange-
 lus, si fieri posset mereri, plus
 quod bos, sequeretur enim * citra-
 nate apprehensione intellectus,
 sicut nec appetitus sensitius. &
 hoc affectione commodi. vnde
 in angelo, & homine ipsa volun-
 tas secundum affectionem iustitiæ
 & comodi, est totale principium
 perfectum in esse primo respectu
 actus volendi. ¶ Ad rationem autem
 eius cum dicit, si habet primum
 velle a se, aut hoc esset volēdo,
 aut nō * volēdo. Dico, quod si in-
 telligas volēdo actū elicto, ita
 quod nō potest habere actū elictum
 volendi, nisi præuia volitione
 sua, qua mouet se ad volēdum,
 falsissimum est, immo iretur in in-
 finitum, & non esset dare aliqd
 velle, sicut nec primum velle, sed
 dum vult aliquid actū elicto,
 saltem prius naturā, vult habitua-
 liter sic se velle, id est prius ha-
 ber principium volendi in esse
 primo, quo vult actū elicto, &
 iste est sensus verus. & quia an-
 gelus a Deo factus non habet a
 se tale principium, ideo dicit, & be-
 ne, quod non potest habere primū vel-
 le a se, accipiendo velle pro per-
 fecta voluntate in esse primo,
 &

a. l. ad il-
 lud.

Bar. volū-
 tas qua
 non potest
 moderari
 a ratione, di-
 citur effra-
 nata.

a. l. nolo
 do.

A & si hoc probat, concedatur.

¶ Ad aliud cum dicitur, quod in primo instanti fuit in angelo motus naturalis rectissim⁹ &c. Dico, quod si concludit de primo instanti, & de quolibet, quia in quolibet instanti motus naturalis est prior ipso actu libere elicto saltem natura, & ut est sic prior est rectissimus, & non potest in eodem instanti oblique velle per actum libere voluntatis. & ita in nullo instanti peccabit voluntas. Ideo dico ad argumentum quod motus naturalis non est aliquis actus elicitus, sed solum dicit inclinatio nem naturalem voluntatis in bonum. & illud nihil reale aliud a voluntate dicit. sed si est relatio, est idem voluntati per identitatem realem, nec separari potest sine contradictione. & ideo in demonibus manet ille motus

B sic rectissimus, sicut & natura, quia non est realiter aliud a voluntate, licet non sit idē sibi formaliter, vnde ille motus non est, nisi habitus motus; id est natura in esse primo. Si autem accipias motum naturalem pro actu elicto conformi tali inclinationi, certe ille potest esse malus, & immoderatus stante natura integra, nec actus malus inuit inclinationem naturalem, sicut nec natura.

vnde angelus potest esse perfectus in

naturalibus quo ad esse primum, & peccare actu secundo elicto, & inordinato.

VNC ERGO QV ARA
MVS. &c.

DIST. XIX.

QV AESTIO VNICA.

Utrum Christus meruit omnibus nobis gratiam, & gloriam, & remissionem culpæ, & penæ.



¶ I R C A secundum quod pertinet ad distin. 19. ubi quæritur. ¶ Vtrum Christus meruit omnibus nobis gratiam, & gloriam, & remissionem culpæ, & penæ. &c. ¶ Arguitur qd non. quia primum excedit meritum, & meritum ordinatur ad primum, sicut ad finem. sed primum omnium aliorum non excedit meritum Christi, igitur meritum Christi non ordinatur ad illud, sicut ad finem, cū sit nobilius, quā illud primum. ergo. ¶ Præterea, meritum Christi fuit quoddam bonum finitum, cum fuerit eius secundum naturam humanam, sed peccatum aliorum fuit infinitum malum, quia tanta fuit offensa & peccatum, quantus est ille qui offenditur, siue contra quem peccatur, vel a quo per ipsum separatur. ille est infinitus. scilicet Deus, igitur cum finitum non sit proportionatum infinito, nullum meritum Christi potuit mereri deletionem offensæ. ¶ Præterea, per idem potest probari, qd non meruit deletionem penæ pro reatu infinito aliorum, quia penæ quæ debetur illi peccato est infinita, & meritum Christi finitum. ergo. ¶ Præterea, de possibili possunt esse homines infiniti, si mundus